

dem vyrvndesechstzigem iare an dem sunnabende nach senthe Mertyns thage. Dez syn getzunge dy erbern vnd dy gestrengin herren Palbrecht senger, Syfrit Hanfmuz, meystir Herman von der Nuenstat, Nicolaus von Kossinblot, ewige vicarien der kirchen tzu Misne, Hannus Stuchow, Tuto von Der, Arnolt von Polentzk vnd andir bidirbe luthe vil vnd gnuk.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln der Burggrafen an Pergamentstreifen.

No. 555. 1365. 28. März.

*P. Urban V. eröffnet den Bischöfen zu Meissen, Regensburg und Bamberg und der gesammten Geistlichkeit dieser Diöcesen, dass auf Antrag des Kaisers Karl IV. der Erzbischof Johann von Prag und dessen Nachfolger zu apostolischen Legaten ihrer Diöcesen ernannt worden seien, und befiehlt dem B. zu Meissen nicht wie bisher den Erzbischof von Magdeburg, sondern den Erzbischof von Prag als seinen Vorgesetzten zu betrachten und diesem in kirchlichen Angelegenheiten schuldigen Gehorsam zu leisten.*

Urbanus episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Misnensi, Ratisponensi et Bambergensi episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, praepositis, decanis, archidiaconis, plebanis et aliis ecclesiarum et monasteriorum praelatis ac rectoribus, capitulis quoque collegiis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum ordinum quorumcunque ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus in Misnensi, Ratisponensi et Bambergensi civitatibus et diocesibus constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Ex debito pastoralis officii cupientes, quod subditi et praesertim in sortem domini evocati iuxta piam dispositionem regis pacifici sint pudici, pacifici et modesti, illa libenter statuimus atque concedimus, per quae prompta semper ad peccandum humana fragilitas tanto strictius ab illicitis refrenetur, et cum excesserit diligentius corrigatur, quanto pluribus et fortioribus fuerit gubernaculis coarctata, idque tunc libentius facere delectamur, cum ad hoc mundanorum regum et principum vota ex sincera caritate concurrunt. Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster Karolus Romanorum imperator semper augustus et Boemiae rex illustris coram nobis et fratribus nostris exposuit, quod in Bambergensi, cuius diocesani et ecclesia Bambergensis Romanae ecclesiae immediate subiecti, ac in Ratisponensi, quae de Salzeburgensi et in Misnensi diocesi, quae de Magdeburgensi provinciis existunt, sunt plurima castra terrae villae et loca ad regem Boemiae, qui est pro tempore, iustis titulis pertinentia, quae per ipsum pro regno Boemiae vel alios pro eo tenentur et pacifice possidentur, et in quibus etiam castris terris villis et locis plurimae plebaniae et ecclesiae ac multitudo cleri consistunt, quodque personae ecclesiasticae ibidem existentes sunt nimium dissolutae, divinis officiis et honestis moribus non vacantes, pluraque beneficia ecclesiastica se invicem non compatiuntur insimul dampnabiliter detinentes, ex quibus indevotio populi, animarum pericula aliaque mala et scandala plurima subsequuntur, ipseque imperator ex illis, quae ab ipsarum personarum diocesanis et superioribus minime corriguntur, plurimum conturbatur. Quare dictus imperator nobis humiliter supplicavit, ut tam dictis Misnensi, Ratisponensi et Bambergensi civitatibus et diocesibus super praemissis salubriter providendo, quam etiam in provincia Pragensi, quae in regno praedicto consistit, ut ibidem pleniore auctoritate